

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Terentivs,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope
innumerabilibus|| emendatus.||**

Terentius Afer, Publius

Venetiis, 1558 [erschienen] 1559

Actvs Tertii

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](#)

P H O R M I O

Neque mi in conspectum prodit, ut saltem sciam,
Quid de hac re dicat, quid ue sit sententiae,
Abi tu, uise redierit ne iam, an nondum, domum.

Ge. Eo. De. uidetis quo in loco res hæc siet:

Quid ago? dic Hegio. He. ego Cratinum censeo,
Si tibi uidetur. De. dic Cratine. Cra. me ne uis?

Te. Cra. ego, quæ in rē tuā sint, ea uelim facias. mihi
De. si hoc uidetur. quod te absente hic filius
Egit, restitui in integrum æquom est, & bonum:
He Et id impetrabis. dixi. De. dic nunc Hegio.

Ego sedulo hunc dixisse credo: uerum ita est,
Quot homines, tot sententiae: suus cuique mos.

Mihi non uidetur, quod sit factum legibus,
Rescindi posse: & turpe inceptu est. D. dic Crito.

Cri. Ego amplius deliberandum censeo:

Res magna est. He. nunquid nos uis? D. fecistis probet
Incertior sum multo, quam in dudum. Ge. negant
Redijisse. De. frater est expectandus mihi: is
Quod mihi dederit de hac re consilium, id exequar.
Percontatum ibo ad portum, quoad se recipiat.

Ge. At ego Antiphonē quærā, ut, quæ acta hic sunt, sciat
Sed eccum ipsum uideo in tempore huc se recipere.

A C T U S T E R T I I , S C E N A P R I M A .

ANTIPHO, GETA.

A.

Nimvero Antipho multimodis cum istoc
animo uituperandus es.

e

Ita ne hinc abijsse, & uitam tutandam
dedisse



dedisse alijs tuam?

Alios tuam rem credidisti, quam te, animaduersuros
magis?

Nam, ut ut erant alia, illi certe consuleres, quae nunc
tuæ est domi:

Ne quid propter tuam fidem decepta pateretur mali:
cuius nunc miseræ spes, opesq; sunt in te uno omnes sitæ.

Ge. Evidem here nos iam dudum hic te absentem incusa-
mus, qui abieris.

An. Te ipsum quærebam. Ge. sed ea caussa nihilo magis
defecimus.

An. Loquere obsecro, quoniam in loco sunt res & fortunæ
meæ?

Nunquid patri subolet? Ge. nil etiam. An. ecquid spei
porro est? G. nescio. An. ah.

Ge. Nisi Phædria haud cessavit pro te eniti. An. nihil fe-
cit noui.

Ge. Tum Phormio itidem in hac re, ut in alijs, strenuum
hominem præbuit.

An. Quid is fecit? Ge. confutauit uerbis admodum ira-
tum patrem.

An. Heu Phormio. G. ego, quod potui porro. An. mi Ge-
ta, omnes uos amo.

Ge. Sic sese habent principia, ut dico: adhuc tranquilla res
est:

Mansurusq; patruum pater est, dum huc adueniat.

An. quid eum? Ge. aiebat,

De eius consilio uelle sese facere, quod ad hanc rē attinet,

An. Quantus metus est mihi, uenire huc saluom nunc pa-
truum Geta:

PHORMIO

Nam, ut audio, per unam eius aut unam, aut moriar sententiam.

Ge. Phaedria tibi adest. An. ubinam? Ge. ecum à sua pælaestra exit foras.

ACTVS TERTII SCENA II.

PHAEDRIA, DORIO, ANTIPO,
GETA.

Ph. Orio, audi obsecro. Do. non audio. ph. pa-
d rumper. Do. quin omitte me.

Ph. Audi, quod dicam. Do. at enim tædet iam
audire eadem millies.

Ph. At nunc dicā, quod lubenter audias. D. loquere, audio.

Ph. Nequeo te exorare, ut maneas triduum hoc? quō num-
abis?

Do. Mirabar, si tu mihi quicquam afferres noui.

An. Hei, metuo lenonē, ne quid suo suat capiti. Ge. idem
ego metuo.

Ph. Non mihi credis? Do. hariolare. Ph. sin fidem do. Do.
fabulæ.

Ph. Fœneratum istuc beneficium tibi pulchre dices. Do. logi.

Ph. Crede mihi, gaudebis facto: uerum hercle hoc est. Do.
somnia.

Ph. Experire, non est longum. Do. cantilenā eangē canis.

Ph. Tu mihi cognatus, tu amicus, tu parens. Do. garris
modo.

Ph. Adeo ne ingenio esse duro te, atque inexorabili,
ut neque misericordia, neque precibus molliri queas?

Do. Adeo n' t: esse incogitantem atque impudētē Phaedri,



vt phaleratis dictis ducas me , & meam ductis gratis ?
An. Miseritum est . Ph. hei ueris uincor . Ge. quam simili-
lis uterque est sui ?

Ph. Neque , alia Antiphon cum occupatus esset solicitudine ,
Tum esse hoc mi obiectum malum ? An. ah , quid istuc
autem est Phaedria ?

Ph. O fortunatissime Antiphon . An. ego ne ? Ph. qui quod
amas , domi est ;
Nec cum huic modi unquam usus uenit ut conflictares
malo .

An. Mihi domi est ? immo , quod aiunt , auribus teneo lu-
pum :

Nam neque , ut amittam à me , inuenio , neque , uti reti
neam , scio .

Do. Ipsum istuc mihi in hoc est . A. eia , ne parum leno sies .
Nam quid hic confecit ? Ph. hiccine ? quod homo inhu-
manissimus :

Pamphilam meam uendidit . Ge. quid ? uendidit ? An.
ain' uendidit ?

Ph. vendidit . Do. quam indignum facinus , ancillam ære
emptam suo .

Ph. Nequeo exorare , ut maneat , et illo cū ut mutet fidem ,
Triduum hoc , dum id , quod est promissum , ab amicis
argentum aufero .

Sinon tum dedero , unam præterea horam ne oppertus
sies .

Do. Obtundis . An. haud longum est quod orat , Dorio :
exoret , sine :

Idem hoc tibi , quod bene promeritus fueris , conduplica-
cauerit .

PHORMIO

Do. Verba istae sunt. An. Pamphilam ne hac urbe pri
ri sines?

Tum tu præterea horum amorem distrahi poteris pati
Do. Neque ego, neque tu. Ge. dij tibi omnes id, quod est di
gnum, duint.

Do. Ego te complures aduorsum ingenium meū menses tuli
pollicitantem, & nil ferentem, flentem: nunc contra
omnia

Repperi, qui det, neque lacrumet: da locū melioribus.
An. Certe hercle, satis si cōmemini, tibi quidē est olim dies,
Quam ad dares huic, præstituta. Ph. factum. Do. num
ego istuc nego?

An. Iam ne ea præteriūt? Do. non, uerum ei haec anteq
uit. An. non pudet

Vanitatis? Do. minime, dum ob rem. Ge. sterquilin
nium. Ph. Dorio,

Ita ne tandem facere oportet? D. sic sum: si placeo, uterū
An. Siccine hunc decipis? D. immo enim uero Antiphō hic
me decipit:

Nam hic me huiusmodi scibat esse: ego hunc esse aliter
creddi.

Iste me fecellit: ego isti nihilo sum aliter, ac fui.
Sed ut ut haec sunt, tamen hoc faciam: cras mane ar
gentum mihi

Miles se dare dixit: si mihi prior tu attuleris Phaedri,
Mea lege utar, ut potior sit, qui prior ad dandum
est. Vale.

ACTVS



ACTVS TERTII, SCENA III.

PHAEDRIA, ANTIPHO, GETA.

Ph. vid faciam? unde ego nunc tam subito huic
 q argentum inueniam miser,
 cui minū nihil est? quod si hic potuisset
 nunc exorarier
 Triduum hoc, promissum fuerat. An. ita ne hunc pa-
 tiemur Geta

Fieri miserū, qui me dudum, ut dixti, adiurit comiter?
 Quin, cum opus est, beneficium rursum ei experimur
 reddere?

Ge. Scio equidem hoc esse æquom. An. age ergo, solus ser-
 uare hunc potes.

Ge. Quid faciam? An. inuenias argentum. Ge. cupio:
 sed, id unde, edoce.

An. pater adest hic. Ge. scio: sed quid tum? An. ah, dia-
 ctum sapienti sat est.

Ge. Ita ne? An. ita. G. sane hercle pulchre suades: etiam
 tu hinc abis?

Non triumpho, ex nuptijs tuis, si nil nanciscor mali,
 Ni etiam nunc me huius querere caussa in malo iubeas
 crucem?

An. Verum hic dicit. Ph. quid? ego uobis Geta alienus
 sum? Ge. haud puto:

Sed parū ne est, omnibū quod nūc nobis succēset senex,
 Ni instigemus etiam, ut nullus locū relinquatur preci?

Ph. Alius ab oculis meis illam ignotum abducet locum?

Hem,



PHORMIO

Hem, dum igitur licet, dumq; assūm, loquimini me
cum Antiphō:

Contemplamini me. An. quamobrem? aut quidnam
facturus? cedo.

Ph. Quoquā hinc asportabitur terrarū, certū est persequi,
Aut perire. Ge. dij bene uortant, quod agas: pedeten-
tim tamen.

An. Vide, si quid opis potes afferre huic. Ge. si quid?
quid? An. quāre obsecro,

Ne quid plus minus ue faxit, quod nos post pīgeat Geta.

Ge. Quāro: saluos est, ut opinor: uerū enim metuo malum.

An. Noli metuere: una tecum bona, mala tolerabimus.

Ge. Quantum argenti opus est tibi? loquere. Ph. solae tri-
ginta minæ.

Ge. Triginta? hui, percara est Phaedria. Ph. istaec uero nū-
lis est.

Ge. Age, age, inuentas reddam. Ph. o lepidum caput.
G. aufer te hinc. Ph. iam opus est.

Ge. Iam feres. sed opū est mihi Phormionem adiutorem
ad rem hanc dari.

An. Præsto est: audacissime oneris quiduis impone, et feret:
Solus est hō amico amicus. Ge. amus ergo ad eum oeyus.

Ph. Abi uero: dic, præsto ut sit domi.

An. Nunquid est, quod mea opera uobis opū sit? Ge. nil:
uerum abi domum, et

Illam miseram, quam ergo nunc intus scio esse exani-
matam metu,

Consolare: cessas? A. nihil est, æque quod faciā lubens.

Ph. Qua uia istuc facies? Ge. dicam in itinere: modo te
hinc amoue.

ACTVS



PHORMIO

ACTVS QVARTI SCENA II.

G E T A.

Ge hominem callidiores uidi neminem,
Quam Phormionem. uenio ad hominem, illi
dicerem

Argento opus esse, et id quo pacto fieret:
vix dum dimidium dixeram, intellexerat:
Gaudebat: me laudabat: querebat senem:
Duis gratias agebat, tempus sibi dari,
ubi Phaedriæ se ostenderet nihilo minus
Amicum esse, quam Antiphoni. hominem ad forum
Iussi opperiri: eò me esse adducturum senem.
Sed eccum: quis est ulterior? at at at Phaedriæ
Pater uenit: quid pertimui autem bellua?
An quia, quos fallam, pro uno duo sunt mihi dati?
Commodius esse opinor duplici spe utier.
Petam hinc, unde à primo institui: is si dat, sat est:
Si ab hoc nil fiat, tum hunc adoriar hospitem.

ACTVS QVARTI SCENA III.

ANTIPHO, GETA, CHREMES,
DEMIPHOO.

An. Xpecto, quam mox recipiat se Geta.
e Sed patruum cum patre uideo astantem. hic
mihi,
Quam timeo, aduentus huius quo impellat patrem.
Ge. Adibo hosce: o noster Chremes. ch. salue Geta.

61

